

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Johann Adolph Fabricius

Disputatio XVII. Collegii Metaphysici : De Spiritibus Finitis

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72912519X>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72912519X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72912519X/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12.99

35 1717




DISPUTATIO XVII.
ET POSTREMA.
COLLEGII METAPHYSICI
DE
SPIRITIBUS
FINITIS.

Quam
AUSPICE CHRISTO
In alma Rosarum Academia
PRÆSIDE
M. GEORGIO MEIERO
Duderstad. Sax.
Defendendam suscipiet
JOHANNES ADOLPHUS FABRICIUS
Slesvicensis.

Ad diem 27. Octobr. boris pomeridianis.

ROSTOCHII
Ex Typographia Stephani Myliandri
Anno c15 15 CX.





DE SPIRITIBUS FINITIS.

Theorema I.

Spiritus finitus est substantia, non quidem ex materia & forma: sed ex actu & potentia composita, intelligens & immortalis.

Icet spiritus finitus cum reliquis Entibus finitiis ad certam aliquam categoriam recte referatur: non tamen de ipso, eo in loco agere voluimus, ubi de categorijs actum: sed ejus considerationē hūc reijcere, ob immaterialitatem scilicet suam, quā ab Entibus materialiis, & ipsis, quae ab his pendenti, differt.

II. Nihil vero habere materiei spiritum manifestum est. 1. Quia non est corpus. In hoc enim spiritus à corpore differt, quod ille materia sit expers: hoc vero non item. 2. Quia non est quantitas: quantitas enim affectio est tantum corporis. Quicquid vero materialium est, quantum est. 3. Quia non possunt in partes dividiri & secari. Quicquid vero materiam habet, per eam in partes est dividuum.

III. Negat tamen prorsus omnis compositionis est expers. 1. Quia omnia Entia quæcunque dantur, præter solum Deum, composta sunt. Solus Deus simplex est. Scalig. exer. 6. sect. 2. 2. Quia Spiritus non est actus purissimus, quoniam admodum Deus. Igitur non eadem simplicitate cum Deo frui poterit, sed erit respectu Dei

compositus. 3. Quia substat accidentibus. Ubi autem accidentia reperiuntur, ibi ad minimum est compositio, quam vocat substantia & accidentium. 4. Huc accedit authoritas Scaligeri, qui expressè dicit, intelligentiam esse compositam exer. 359. sect. 2.

IV. Intellectus autem in spiritu, non est ipsa essentia, sed potentia ab essentia differens, quæ proximè ipsam spiritualitatem sequitur, quia nulla essentia creata, sine qualitatibus, per seipsum agere potest. Dum vero intellectum spiritibus tribuimus, omnes formas substantiales, exceptâ unicâ animâ rationali, è numero spirituum excludimus, quarum nulla propriè naturam spiritus obtinet: quia nulla intellectus est particeps; nulla extra materiam subsistere potis est. Errat proinde Timplerus, quando lib. 4. Met. c. 4. Spiritum dividit in Angelum & formam substantiam: Et formam substancialē rursus in naturam & animam c. 5. ejusdem libri, naturam definiens substancialē incorpoream ad informandum corpus naturale inanimatum destinatam. Vult spiritum eijam reperiri in corporibus inanimatis. At mirus profectō spiritu, qui sit in lapide, erit. Imò vult hunc spiritum ex nihilo immediate produci. Nam in capite superiori inter alias spirituum proprietates eijam hanc ponit, quod immediate ex nihilo producantur. Ergo quotidiè omnium corporum naturalium forme ex nihilo creantur? absurdum. Sanè juxta Timplerum nullam habebimus in natura rerum naturalium generationem, sed creationem tantum.

V. Immortalis quoq; dicitur spiritus, quam tamen immortalitatem non habet ex sese, & suâ naturâ, sed gratiâ creatoris, quippe qui est ipsa immortalitas, à qua quicquid in spiritibus creatû reperitur immortalitatis, unicè pendet. Ut enim omne Ens suâ naturâ est corruptibile: ita quoq; omne suâ naturâ mortale esse judicamus. Prius autem verum esse, ex dependentia illa, quam omne Ens finitum ad Deum habet, rectè colligit Scaliger exer. 307.

306. sect. 20. in hac verba erumpens: Omne quod est, aut est primum principium, aut à primo principio. Unum est primum, alia dependent igitur. Ergo suā naturā omnia prater unum, corruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; est mortalis ex sua natura: nunquam vero corruptitur; nunquam moritur: quia immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, vel anima rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem è precedentibus videlicet. Nam 1. Angelus tantum, & anima rationalis intelligunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se citra corpus existere possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorema III.

Angelus est spiritus, qui per se nunquam in corpore, sed semper extra corpus subsistit.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore subsistere, per accidens tamen id fieri posse, concedimus. Angelos enim aliquando corpora assumere, ut appareant hominibus, manifestum est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi corpora confidere, exer.

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora Angelii citò deponunt, & natura eorum non est, corporibus vel assistere, vel ea in-

formare, merito per se ab omni corporis unione liberi definiuntur.

II. Sunt vero Angelii in dupli differentia. Quidam sunt boni: quidam mali. Malitiam intelligimus non transcendentiam, sed moralem. Diabolus enim ratione essentia sua aquè est bonus, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. Omne autem Ens est bonum: quia bonum cum Ente convertitur. 2. est à Deo creatus.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum est. Quia à sum-

mo bono simpliciter, non potest, nisi bonum in in unoquog gene-
re, aut ordine Entium proficisci. Scal: exer. 349, sect. 3.

Theorema IV.

Angelorum officium non est movere
orbes cœlestes.

Dispescit Scaliger Angelos, sive intelligentias in tres quasi or-
dines, eorumq; officia distinguit, exer: 359. sect. 8. Primum est
(inquit) primarum assistere. Alterum est aliarum, mitti ad
certa & mysteria, & ministeria. Tertium est movere orbes.
Hac ipsis Angelorum distributio, utrum consistere queat, non
nostrum est determinare. Hoc dicimus, uti Angelos Deo servi-
re, & ab ipso ad certa ministeria mitti, è Scriptura manifestissi-
mum est: sic illos movere orbes cœlestes, incertissimum est. Al-
tum, hoc de Angelorum officio in Scriptura est silentium. Neg, ex
natura probari posse, dari intelligentias orbium motrices, sufficien-
tissimis rationibus à nobis in disputationibus nostris Physis de-
monstratum est, quas brevitatis gratiâ hic adducere nolo. Uni-
cum nobis à multis obijci audio, quod videlicet intelligentiarum
assertio non pugnet cum Scriptura, ideoq; nec absurdâ. Esto, non
pugnat. (quamvis satis pugnet, quod falso est) Ergone admittenda?
si dicam ego, Angelum quendam globum terrenum virtu-
te sua tenere & conservare immobilem, non simpliciter Scriptu-
ra contradico, sed qui crederet mihi propterea? Multa hac ratio-
ne excogitari possent figura, in natura censem, tanquam vera
invehenda. Sit absurdum, quod falso est. Falsa itaq; quia est
intelligentiarum assertio, meritò absurdâ habetur.

Theorema V.

Angelus in loco est definitivè.

I. Exagitat Timplerus distinctionem usitatam de triplici modo
existen-

existendi in loco, quorum primus dicitur circumscriptivus, qui corporibus naturalibus competit; alter definitivus, qui Angelis & tertius repletivus, qui Deo assignatur lib. 2. Met: c. 5. q. 2 sub finem, afferens tantum abesse, ut modus repletivus Deo propriè competit, ut soli etiam substantia corporeæ conveniat. Alter modus (inquit) si vocabulum species aquæ substantia corporeæ, ac incorporeæ competit, cum utraq; sit finita, ac sic definitivè in loco. Et lib. 4. Met. c. 4. q. 6. ubi sententiam profert eorum, qui afferunt substantiam incorpoream esse in loco, non per circumscriptionem, vel operationem: sed per definitionem, seu designationem, subiicit suum judicium his verbis: sed neq; hæc sententia modum existendi in loco, soli substantia incorporeæ convenientem rectè explicat: nam etiam corpora verè dici possunt esse in loco per definitionem, seu designationem, cum ita sint in hoc, vel illo loco, ut alibi simul non sint.

II. Ceterum haud rectè sentit Timplerus, quando terminos & in Theologia, & Philosophia usitatos præter mentem & intentionem rectè utentium invertit. Debebat hic meminisse ejus, quod quast. 10. ejusdem cap. verissimum pronunciaavit: Sicut nō integrum est cuilibet privata persona novum valorem imponere monetæ: sic neq; vocabulis imponere novas significaciones. Nil enim aliud volunt, qui afferunt Deum in loco esse repletivè, quam quod nullus locus dari posse, in quo non sit Deus, neq; tamen ab ullo circumscribatur, aut definiatur, juxta illud: Deus à nullo loco est exclusus, neq; tamen in ullo inclusus. Ex his videre est, modum existendi in loco repletivum minimè omnium substantia competere corporeæ.

III. Deinde, qui Angelos in loco definitivè esse contendunt, hoc volunt, Angelos definiri essentia sue terminis, non vero circumscripti superficie corporis ambientis. Si quis vero definitionem & circumscriptionem pro eodem sumere velit, eum tamen inter circumscriptionem, quæ fit essentia terminis: & quæ ambiente corpore

corpo, distinguere oportet. Quare iterum liquidò constat, modum existendi in loco circumscriptivum, eo modo, quo tribuitur corporibus, non posse tribui Angelū: & modum existendi in loco definitivum, eo modo, quo Angelis assignatur, non posse assignari corporibus. Hinc est, quod Angelus non propriè in loco esse dicatur, sed in aliquo $\tau\bar{\nu}$ sive Ubi.

IV. Concludimus itaq; Angelos non esse circumscriptivè in loco: sed definitivè, cui sententia nostra adspiculatur Scaliger quoq; exer. 359. sect. 5. Si sunt (inquit) intelligentie Entia finita, necesse est, ut sint in aliquo Ubi. Sed quia sunt sine materia, non erunt in aliquo loco, sicuti corpora, quorum extrema complent vacuum corporis continentius. Item: Per definitionem Angelus dicitur alicubi esse, hunc ad modum: ibi est: hic non est. Et circa finē: Dicuntur ergo esse in loco à quivocè Angelī, atq; etiā plusquam à quivocè: quia sunt in suo Ubi, non per circumscriptiōnem, quemadmodum mea manus in aëre, sed per designationem.

Theorema VI.

AEvum assignatur Angelis.

Non aeternitatem, sed à evum Angelis assignamus, eò quod aeternitas sit duratio simpliciter interminabilis, carens omni principio & fine: Angelī vero sua existentiæ principium & initium habeant.


Theorema VII.

Anima rationalis est spiritus, qui quidem extra materiam non producitur, extra tamen illam subsistere potest.

Quamvis anima rationalis hic absolute consideretur, prout Ens est: ut tamen distingui possit ab intelligentijs, attribuitur eidem respectus ad corpus: siquidem anima rationalis natura est informare corpus humanum, inq; hanc finem à Deo data est. Est vero quoad compositionem, ut & durationem eadem ratio anima rationalis, & Angelī: quia ut hic ex actu & potentia compositus est, durans in omnem aeternitatem: Sic quoq; & illa. Accuratio

anima rationalis consideratio ex Physici peti potest.

SOLI DEO GLORIA.





306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corrumpitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. Per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3

